

arca plēna sīmiārum

by Ellie Arnold

puellae domī sunt. UPS ad iānuam puellārum venit. UPS puellīs magnam arcam dat et abit. subito ex arcā multae sīmiae saliunt.

quīnque ē sīmiīs in culīnam currunt. sīmiae in refrīgerātōrium saliunt. sīmiae refrīgerātōrium rumpunt! puellae irātae sīmiās scōpīs pulsan. “sīmiae! abīte!!”

sīmiae, “date,” inquiunt, “nōbīs ariērās!” puellae sīmiīs ariērās dant. omnēs sīmiae ariērās puellārum capiunt et ē domō abeunt.

sed nunc decem sīmiae in viā sunt! multae raedae in viā sunt. sīmiae in raedās saliunt et fenestrās rumpunt! āthlētae in viā currunt. āthlētae irātī sunt. “sīmiae! abīte!!”

sīmiae, “date,” inquiunt, “nōbīs ariērās!” āthlētae sīmiīs ariērās dant. sīmiae ariērās āthlētārum capiunt et abeunt.

quīnque ē sīmiīs in scholam currunt. in scholā sīmiae sellās et mēnsās rumpunt. magistra irāta, “sīmiae!” inquit. “abīte!” sīmiās sellā pulsat.

sīmiae, “dā,” inquiunt, “nōbīs ariērās!” magistra sīmiīs ariērās dat. sīmiae ariērās magistrae capiunt et ē scholā abeunt.

decem sīmiae in tabernam currunt. quid in tabernā faciunt sīmiae?! sīmiae cēnam cōnsūmunt et dominae tabernae pecūniam dant. domina tabernae, “grātiās,” inquit, “sīmiae! valēte!” et sīmiae domum currunt et dormiunt.
